

16
1.
2art
3.
part
5art
6.
7.
8.
9.
10.
11.



5752

TRINUNO DEO ANNUENTE,

NEC NON

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET

AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS

IN INCLUTA UNIVERSITATE, QUÆ EST

ALTDORFFII,

DECRETO, AC AUTORITATE

ACCEDENTE,

THESES HASCE,

De

EO, QUIDO-

LO DESIIT POS-

SIDERE,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES,

ET PRIVILEGIA IMPETRANDI,

PUBLICO, SOLENNIQUE EXAMINI SISTIT

JOHANN-HENRICUS Heldt /

GORLIC. LUS.

Ad diem 27. Jun. Ao. clō lōc LXXI.



ALTDORPHI

Literis Johannis Henrici Schönnerstædt.

34
M 18

1671
10/4



VIRIS
NOBILISS. AMPLISS. CONSULTISS.
SPECTATISS. GRAVISS.

DNNNN.

CONSUL. PRÆTO-
RI, SCABINIS, AC SE-
NATORIBUS

INCLUTÆ REIPUBLICÆ GORLIC.
MERITISSIMIS

PATRIÆ PATRIBUS,

EVERGETIS, PATRONIS, BENEFACTO-
RIBUS, DEVOTE COLENDIS, OFFICIOSE HONORAN-
DIS, SANCTE VENERANDIS.

HOC INAUGURALE EXERCITIUM

in debitum gratæ mentis tributum, & summæ
observantiæ τὴν γυμνάσιον

submisit


Offero; Dedico, Sacrum facio


Johann Henricus Heldt.

Br
De
Nominalitate equivoca
Rationis possi-
Dej
ptio
Realitate quoad
Remedia contra eum competentia
Consent
is, qui se l



TABELLA
Brevissimis materiam hancce inauguralem delineans.







THESIS I.



Um titulus sit index rei subjectæ, fi-
niente *Biccio in Proleg. aur.* è re erit, pauca de
ipsius significatione referre, more Jcti *in l. 1.*
de R. C.

Doli vocabulum est in ambitu significa-
tionum, & in bonam quoque partem accipitur, solertiam
quandam denotans, maximè, si adversus hostem, latro-
nemque quis machinetur *l. 1. §. 3. de dol. mal. can. Dominus.*
XXIII. q. 2. Estque astutia juvandi res proprias vel alienas.
Excell. Dn. D. Cregel, Patronus inter cæteros facile primus ad
Disp. Schnob. IV. verb. quem veteres.

II.

Cujus oppositum Dolus malus Labeoni est omnis cal-
liditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallen-
dum, decipiendum alterum adhibita *l. 1. §. 2. de dol. mal.*
Quamvis autem hic simpliciter doli fiat mentio, non adje-
cto, malusne an bonus sit capiendus: attamen tralatitium
est, dolum cum dicimus, malum ut plurimum intelligi. *l. 23.*
de R. I. l. 5. l. 10. C. de rescind. vend. l. 1. 2. C. de dol. mal. l. 27. §. 3.
de R. V. Harpr. ad §. 2. de obligat. n. 71. B. Luduv. ad d. l. 23. de R. I.
n. 10.

III.

Possidere latè notat rei alicui insistere, eamque detinere,
quò sensu possessio nihil aliud est, quam jus quocunque af-
fectu insistendi rei vacuæ *l. 1. §. 20. l. 18. in pr. de acquir. poss.*
Strictè verò possidere tantum illos dicimus, qui rem deti-

A

nent



nent animo sibi habendi. §. 5. de interd. l. 10. §. 1. de acquir. poss.
 ita ut hæc vocis acceptio magis sit Juris, ista facti. l. 10. C. de ac-
 quir. & ret. poss. Struv. Ex. 42. th. 2. Conf. B. Ludov. ad §. 5. de
 interd. & ad l. 150. de R. I. Frantz. ad d. §. n. 3. 4. & seqq. Wesenb.
 ad §. item per 2. Inst. quib. mod. obligat. toll. lit. bb. Nos priorem
 significationem nostri instituti esse dicimus arg. §. 1. Instit. de
 action. in f. & l. 9. de R. V. ut desisse possidere nihil aliud sit,
 quam non amplius habere, cum contra quemcunque, qui
 dolosè rem non exhibet, aut fecit quò minus habeat vel ex-
 hibeat, utiles in rem actiones dentur, sive animo sibi haben-
 di possederit, sive tantum detinuerit, ut in actione ad exhi-
 bendum l. 3. §. ult. l. 4. ad exhib. Idem evincunt duo requisi-
 ta, quæ in actione in rem desiderantur, ex parte Actoris Jus
 in re, ex parte Rei possessio, etiamsi nuda detentio sit, ut B.
 Ludov. Disp. Inst. XVI. th. 2. lit. a.

IV.

Remoto igitur, quod occurrere poterat, ambiguitatis cir-
 ca rubricam, [uti habet l. 1. §. 3. de interd.] nubilo, aliqualem
 saltem, eamq; lucidiorem tituli proferimus explicationem,
 dicendo, quod ille, qui dolo desit possidere, sit, qui dolosè
 rem alienavit, vel perdidit, ita, ut eam reddere vel ejus co-
 piam facere non possit, præeunte Schneid. ad §. omnium de
 act. n. 84. Quanquam enim optumè noverim, unum per ac-
 cidens, quale etiam ille, qui dolo non amplius possidet, defi-
 niri non posse, cum plures naturas denotet, adeoque una de-
 finitione omnia comprehendi nequeant, Horn. in Comp. Dial.
 cap. II. non tamen incongrua erit qualiscunque rem clariori
 penicillo delineans descriptio, cum & aliàs in Jure nostro ra-
 ræ sint definitiones accuratæ, & vix numero totidem, quot
 Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili, ut loqui amat Harpr.
 ad §. 1. de obl. quæ quasi ex del. nasc. n. 14. istæ tamen temerè
 non rejiciendæ, cum potius Juris interpretes, quam Censo-
 res



res nos manere oporteat. *Wesemb. ad §. thesauros de R. D. n. 3 inf.*

V.

Habetur autem is, qui dolo possidere desiit, pro possessore, non eo sensu, quo omnis malæ fidei possessor dicitur pro Possessore possidere, etiamsi titulum habeat *l. 33. §. 1. de usurp. & usuc.* Nec eo, quo pro bonorum Possessore habetur, & per consequens usucapit ille, cui Jure Prætorio hereditas & res in ea non hereditaria obvenit, vel qui ex justa causa se bonorum possessorem putat *l. 3. §. 1. de bon. poss. l. 11. pr. de her. pet.* hic enim titulus conjunctam habet bonam fidem. *l. 1. ff. & C. pro her. & pro poss.* nec eo, quo plane omni carenstituto pro possessore possidere dicitur *l. 13. pr. l. 16. §. 4. de petit. her. adeo,* ut interrogatus, quare possideat, vertat interrogationem in responsionem & quia possideo, dicat *l. 11. 12. eod.*

VI.

Hi enim omnes pro Possessore possidentes nihilominus corporaliter rei insistent: sed pro Possessore nobis est, qui revera non possidet, ast interpretatione quadam Juris habetur, ac si possideat: quales sunt tum ille, qui se liti obtulit, *l. 13. §. 13. de pet. her. l. 45. eod.* tum, qui rem quidem habuit, sed dolo malo fecit, quò minus possideret. *d. l. 13. §. 14. l. 25. §. 8. eod. l. 27. §. sed & is. 3 de R. V. l. 131. l. 157. §. 1. de R. I. c. pro possessore 36. de R. I. in. 6.* De quo posteriori paucis differere fert animus.

VII.

Ficta hæc est, & interpretativa possessio, admodum improprie ita dicta, *Schneid. ad d. §. n. 84. Frantz. ad §. 1. de Action. n. 43.* Quæ per fictionem Juris hoc præstat, ut is, qui dolo desiit possidere, conveniri possit, non secus, ac si adhuc possideret. *d. l. 131. ibiq. D. Ludov.*



II X.

Dolus enim est pro possessione *d. l. & d. c. pro possessore* h. e. dolus non amplius possidentis per fictionem Juris facit, ut ratione istius conveniri possit æque, ac si possideret, si non ad rei restitutionem, præstationem tamen damni, & interesse, quasi Actor ex affectione singulari istud æstimaverit, ut & hic fictio in casu ficto eosdem, quos veritas in casu vero producat Effectus. *arg. l. adoptio. 16. de adopt. l. 23. ibiq; Gotofr. & Bart. de lib. & posth.*

IX.

Nec immeritò, cum hoc fiat in odium rem dolosè alienantis, aut corrumpentis: malitiis enim hominum indulgendum non est *l. 38. de R. V. l. 1. §. 4. inf. de Serv. corr. c. avaritia. de Elect. in 6.* Et nemini dolus suus patrocinari, vel lucro esse debet. *l. 30. C. de transact. c. ad nostram. §. 1. & de emt. vend. c. ex literis. §. 1. & de dol. & cont. Gail. 2. de PP. c. 13. n. 18. Harpr. ad pr. de emt. vend. n. 40.* Nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. 74. de R. I. præprimis, quia nemo potest facto suo alteri præjudicare. l. 11. de R. I. l. 1. pr. de alien. Jud. mut.*

X.

Idcirco ad occurrendum nequitia Possessoris varia in jure Actori prodita sunt remedia, quibus Jus suum persequi valeat, conveniendo tum Principalem, qui dolo possidere defuit, tum tertium rei adhuc extantis possessorem, in quem, fortasse restranslata, idque actionibus tum ex Edicto Prætoris, tum Scto. *Schneid. ad d. §. n. 85.*

XI.

Ex Edicto personalis actio competit contra dolo malo alienantem de alienatione judicii mutandi causa facta, quando quis rem, vel possessionem alienando alium nobis adversarium suo loco substituit, idq; datâ opera in fraudem nostram fecit, ut quovis modo durior nobis redderetur judi-

cii

cii exitus. *d. l. 1. de alien. jud. mut.* Fit autem durior ferè tripliciter 1. Ob qualitatem personæ adversarii, si mutata fuerit, vel ob potentiam *l. 1. §. 1. h.* vel ob fori privilegium, *l. pen. eod.* vel ob id, quod homo alterius provinciæ *l. 1. §. 1. l. 3. h. 2.* ob mutatam qualitatem actionis *l. 3. §. 1. h. 3.* ob statum negotii mutatum *l. 3. §. 4. h. t. Conf. Dn. Hahn. in Obs. ad Wesenb. Parat. h. t. n. 2.*

XII.

Alienare, interprete *Oldend. Class. 1. act. II.* hic intelligitur non solum, qui dominium transfert *N. 7. c. 1.* Sed & qui possessionem calumniosè amittit, non quod ea carere voluerit, sed quoniam scit injustam esse, speratq; defendi posse per potentiorē, textus expressus *in l. 4. §. 2. d. alienat. judic. mut.*

XIII.

Est hæc actio in factum Prætoria personalis, ex quodam delicto, dolosa scil. alienatione descendens, *l. 7. d. t.* cui tamen non semper locus, nisi tria hæc maximè necessaria ad sint requisita. 1. ut facta fuerit alienatio inter vivos *l. 8. §. 3. eod.* heredem enim instituendo, vel legando, si quis alienet, edito locus non est, *d. l. ibiq; Gotof. Perez. ad t. C. de litig. n. 8.* ne videlicet impediatur libertas testandi: ubi tamen heres legata re litigiosa videtur debere præstare Jure Codicis litem æstimationem litemque suo periculo persequi *l. 3. C. de litig.* quod mutatum Jure *noviss. Auth. nunc si hæres eod. N. 112. c. 1.* adeò ut periculum sit legatarii, non heredis, qui rem legatario præstare non tenetur, quam si in lite victor extiterit, quin imò legatarius cum herede liti adesse potest, ne colludatur *d. Auth. l. 29. pr. de inoff. test.*

XIV.

2. Dolo malo, non ob occupationes, valetudinem, ætatem, aut ex odio litis, cum lex factum ejus, qui lites execratur, non improbet, sed illius duntaxat, qui cum habere vult, litem ad molestiorem adversarium transfert *l. 4. §. 1. & 3. eod.*

A 3

3. lite

3. lite nondum contestatâ l. 8. §. 1. eod. rei enim, de qua liti-
gatur, nulla est alienatio l. 2. & tt. C. de litig. Constituta poena
dupli hoc modo, ut Emtor sciens rem esse litigiosam preti-
um amittat, fisco applicandum, cui & alterum tantum im-
probis venditor poenæ nomine inferre jubeatur, si verò em-
tor ignoret, hic pretium recipiat, quod numeravit, & præte-
rea tertiam partem pretii, duæ verò partes fisco applicentur,
ut sic hoc post. casu venditor solus in duplum plectatur l.
ult. ff. de litig. l. ult. §. 1. §. 5. C. eod. Perez. add. t. n. 6.

XV.

Futurum autem adhuc judicium esse dicimus, etsi jam
citatio sit facta, modò nondum litis contestatio inter-
cesserit. l. 3. §. 1. l. 4. §. 2. h. à qua demum judicium revera in-
cipit l. 1. & auth. offeratur C. de lit. contest. l. 35. de usur. & fruct.
l. 1. C. de Judic. Treutl. vol. 1. Disp. 12. th. 2. lit. A. Gail. 1. O. 74.
Jure tamen Novellarum videtur aliud statutum in realibus
actionibus, ut vitium litigiosi contrahatur citatione vel li-
belli oblatione Principi facta & Judici insinuata & per eum
reo cognita Auth. litigiosa. C. de litig. N. 112. c. 1. quæ cum actio-
num personalium nullam faciat mentionem, ideò Jus anti-
quum ibi durabit, arg. l. 27. C. de testam. l. 32. in fin. C. de appell.

XVI.

Potest autem è contrario accidere, ut ipse Actor huic sub-
jaceat Edicto, ejusque reus postuletur ab ipso reo, si v. g. cum
vellet petere, virum substituat potentiolem, rei que conditio-
nem reddat deteriolem l. pen. de alien. Jud. l. 22. §. 2. de Jur.
fisc. Cujac. 10. obs. 3. Idque ex paritate rationis, cum sicut A-
ctor suam conditionem fieri deteriolem debere abnuat, ita
eandem reo mentem esse credat ex norma regulæ vulgaris,
quod quisque Juris in alterum statuerit &c. & tutissimi versi-
culi, Quod fieri tibi vis, alii tu feceris idem, æqualitatis enim
& Justitiæ sumus amatores, ait Imp. in N. 2. c. 5.

XVII.

XVII.

Habet hoc locum in realibus, imò & in personalibus ex parte debitoris, contra quem invitum cessa actio, ejusq; durior facta conditio: cùm alias invito & inscio debitore cessio nominis fieri queat. *l. i. C. de novat.* ex parte enim creditoris hoc non obtinet, cui invito alius debitor nequit obtrudi. *l. ii. §. i. de nov. & deleg. Zæs. ad t. de alien. jud. mut. n. 9. Perez. ad d. t. C. n. 7.*

XVIII.

Sed & in tribus Judiciis divisiis (quæ ad actiones in personam, explosa mixtione nonnullorũ, referimus, *arg. §. i. de act. ubi Imp. summam omnium actionum divisionem illam esse dicit, ut aliæ sint in personam, aliæ in rem, & l. i. §. adhuc i. C. de ann. Except. Hunn. lib. 4. resolut. P. 2. Q. 6.*) hoc obtinet, tum ratione Rei alienantis, ubi in pœnam, nec alienans, nec is ad quem res alienata, ut res dividatur, provocare potest. *l. ult. d. t. tum ratione Actoris l. 24. §. i. Comm. div.*

XIX.

Oritur ex hoc Edicto Actio & Exceptio: Actio datur ei, in cujus detrimentum dolosa intercessit alienatio *l. i. & ejus heredi. l. 4. §. ult. d. t. contra dolo malo alienantem aut quovis modo conditionem adversarii deteriore facientem l. 3. §. i. & seqq. eod. ad id, quanti ejus interfit, alium non habuisse adversarium, qui vexaturus sit l. i. pr. l. 2. h. Datur intra annum utilem ex natura prætoriarum actionum l. 6. ff. eod. à die, quo facta alienatio, computandum, *Bach. ad h. t. n. ult.* nec facimus cum Duarenò, qui hunc annum in quadriennium continuum vult esse translatum per *l. ult. C. de temp. in int. rest.* cum ista Constitutio de restitutione minorum & majorum tantum loquatur, adeoq; temerè extendenda non sit. *Zæs. eod. n. 8. Perez. n. 6.**

XXI.



Exceptio datur Reo, cujus causa per cessionem actionis à Creditore facta durior, contra Cessionarium ad hoc, ut prior Dominus experiatur. *l. 11. h.*

In heredem verò non datur, quamvis enim pertineat ad interesse alicujus persequendum, attamen ex delicto videtur dari, ideoque contra heredem non competit, cum nihil ad eum pervenerit *l. 4. in f. l. 5. 6. 7. h. Struv. ad d. t. th. 92. Franzk. Exerc. 13. q. 3. n. 8.* Fuit autem actionis hujus introducendæ summa æquitate motus Prætor, postquam enim videret, dolosè alienantem summo Jure amplius non posse conveniri, nec rei vindicatione, quia alter non amplius possidet, nec actione de dolo, quæ datur, quando persuasus est aliquis per simulationem, ut dederit, vel promiserit: ideo hanc in factum actionem invenit Prætor, quanti alterius inter sit alium non habuisse adversarium *d. l. 1.*

Ob similitudinem non incongruum arbitror actioni in factum *de alien. jud. mut. &c.* Subjicere aliam ex Edicto in factum conceptam contra mulierem, quæ dolo malo transtulit in alium possessionem, in quam ipsa ventris nomine fuerat missa, quâ petitur, quanti interest ejus, qui experitur, possessionem non esse translata *l. 1. pr. §. 1. & it. si vent. nom. mul. in poss. miss. ead. poss.* Quam actionem in subsidium introduxit Prætor, ne, dum in favorem partus Possessionem pollicetur, aliis prædæ occasionem præbeat *d. l. 1. pr.* præsertim cum alia haud adesset, nec petitio hereditatis, quid enim? si possessio fuerit penestitulo possidentem? *Got. ad d. l. lit. X.* aut melius, cum dubium sit, quis hæres futurus, illene, qui in ventre, an cujus interest, ideo hereditas ab hoc peti nequit *l. 1. 2. 3. de petit. her. l. 10. C. eod. nec rei vindicatio,*
quæ

quæ in Dominio fundatur, quale Jus heres & multò minus iste, de quo an heres futurus, in suspenso est, allegare nequit.

XXIII.

Hodiè alia quoque contra dolosè alienantem remedia in legibus sunt inventa, nimirum prohibentur cessiones jurium quorum libet & actionum seu in personam, seu in rem sint conceptæ: maximè si factæ potentioribus aliquo magistratu seu potestate præditis: isti enim ex rescripto D. Claudii repelluntur *l. 1. C. ne lic. potent. patroc.* adeò ut qui Jus & actionem suam malitosè alteri cedit potentiori, quo hujus potentia opprimat adversarium, alienatio ipso jure sit nulla, omni suo Jure excidat & iste potentior arbitrariæ subjaceat poenæ *l. 2. C. ibid. ibiq; Perez. latiss. Lenz. de act. Cess. c. 8. Hahn. d. loc. Oldend. cl. 1. act. II. tit. affinia remedia. n. 4.*

XXIV.

Porro ex SCto etiam dantur actiones in rem utiles, postquam dolus pro possessione habitus est. SCtum hoc habetur in *l. 20. §. 6. de her. per.* & à quibusdam Julianum, à Quintò Julio Balbò constituyente, adpellatur; ubi notabilis titulus Imp. Adriani, dum se Trajani filium D. Nervæ nepotem vocat; eo ferè modo hoc æmulati Turcarum Imperatores; antecessorum nomina in titulis referendo, de quibus *Limn. T. 1. add. ad L. 4. Jur. publ. c. 6. n. 15. p. 420. 21.*

XXV.

Verba SCti sunt, placere eos, qui bona invasissent, cum scirent ad se non pertinere, etiamsi ante litem contestatam fecerint, quo minus possiderent, perindè condemnandos, quasi possiderent, *d. l. ubi advertendum, olim fuisse in rei arbitrio, an voluerit utile in rem judicium suscipere, renuentem verò non potuisse cogi. l. 3. §. 5. h. sed superfuisse solum actionem ex alien. jud. mur. caus. facta, postea verò hoc paulatim fuit receptum, ut omninò actio utilis competeret.*

B

Pac.



Pac. Cent. 3. Enant. Q. 13. Nobiliss. Dn. D. Creg. ad Disp. IV. Schnob. verb. etiam invitum.

XXVI.

Deindè, quod ab initio quidem in universalibus, ut hæreditatis petitione, tantum obtinuerit utile Judicium, successu temporis autem etiam ad singularia applicatum, dataq; utilis vindicatio, textus clarus *in l. 27. §. 3. de R. V. jung. l. 36. eod. l. 1. §. fin. de tign. junct.* Cùm & aliàs, si Reus utile judicium accipere fuerit paratus ac si possideret, edictum cessaverit. *l. 3. §. fin. cit. tit. de alien.*

XXVII.

Concurrent igitur hæc duo judicia electivè, ut utra actione experiri malit actor, sic in ejusdem arbitrio, sese tamen invicem consumunt, & intentata una cessabit altera *d. l. 3. §. fin. l. 1. C. eod.* cùm utraq; tendat ad interesse persequendum quod si semel consecuti simus, non licebit denuò litibus pulsare reum, non enim fas esset, idem bis exigi *l. 56. de R. I. c. bona fides de R. I. in 6. ubi Gl. & Dd. vid. Franzk. ad d. t. n. 2. Hahn. d. l. n. 6. verb. vindicationis judicium.* Præterea electa actione utili, non habet, quod queratur actor, cum sua voluntate reus judicium subire paratus sit, & si quanti contra eum fuerit in litem juratum, condemnnetur, judicatum solvere velit. *l. 20. §. ult. de pet. her.*

XXIIX.

Undè patet, si tertius possessor conventus præstiterit litis æstimationem aut rem, tunc dolosè alienantem liberari. *l. un. C. de alien. jud. & c.* cùm amplius Actoris non interfit, *ex pr. text. in l. 95. §. dolo. de solut. Perez. n. 3. ad d. t.* & proinde hæc actio in id, quod interest, competens, cesset: Si verò prius actum fuerit cum alienante, licet hic præstet interesse, verum tamen possessor non liberabitur, sed nihil ominus actione directa in rem poterit conveniri *l. 13. §. pen. de pet. her. d. l.*



95. §. 4. & 7. *Bach. ad §. I. de act. n. 14.* Ratio est in proclivi, quia ab alienante tantum videtur poena exacta ob dolum patratum, quæ poenæ persecutio rei vindicationem non tollit, cum ad diversa tendant, *arg. l. 7. §. I. de cond. furt. l. 29. pr. de pos. l. 45. pro soc.* Queis addi potest & hæc ratio, quod qui rem habet, habeat etiam pretium, quod rei inesse creditur, non econtra; res enim non continetur in æstimatione, & major esse potest affectio in rem ipsam, quam in pecuniam, *arg. §. 6. de leg. Perez. ad d. l. un. C. n. 3.*

XXIX.

Non igitur, quod quibusdam videtur, omninò supervacua erit hodiè actio ex edicto Prætoris, postquam inventa utilis in rem, sed concurrunt, ut utra velit, actor agat, præprimis cum casus evenire possit, ut non detur locus actioni reali, ista verò omnibus indistinctè casibus competat, quibus alterius alienatione nostra causa facta deterior, *l. 3. §. 3. eod.* ubi cuidam opus novum nunciatum, & hic locum alienavit, quò casu utiliter experiri non poterit nuncians, sed sola actio Prætoris ex edicto erit contra eum, cui nunciatum, salva, præstat etiam multa habere beneficia, quibus re nostra potiamur, cum superflua non noceant, *l. 81. l. 94. de R. I.* & non novum sit, ut plura in legibus prodantur remedia, quorum licet alterum pinguius, non tamen prius statim sit sublatum, exemplo Juris deliberandi & beneficii inventarii, siquidem evenire possit, ut magis placeat illud remedium, si hæredes nolint manifestare vires hæreditatis *t. t. ff. & C. de Jur. del. ibiq. DD. Comm. add. de hac quest. Struv. add. t. th. 93. Ex. 8. Oldend. Cl. I. act. II. Pac. d. Cent. 3. Q. 13.*

XXX.

Nunc recto calle utiles in rem, quæ contra eum, qui dolo desit possidere, competunt, actiones ventilandas aggredimur: ubi denuò repetendum, quod hoc primitus ex SCto in



universalibus, ut hæreditatis petitione obtinuerit, postmodum verò etiam ad singularia fuerit translatum *per text. alleg. & Franz. ad t. de alien. jud. mut. caus. n. 2.*

XXXI.

Competunt autem contra eum, qui dolo desit possidere lite nondum contestata actiones reales eaq; utiles *l. 25. l. 27. §. 3. l. 58. l. 69. de R. V.*

XXXII.

Reales dicimus, in personalibus enim actionibus siue sint ex contractu aut delicto contra eum, qui dolo desit possidere ant& post lit. cont. semper directis locus est, cum quia actiones in rem dantur contra possessorem, directæ, si possideat, utiles per fictionem juris, si desit possidere *l. 36. & ult. de R. V. Harpr. ad §. 1. de action. n. 29.* in actionibus verò in personam major ad obligationem, quæ Personæ ossibus coheret, respectus habetur, vi cuius obligationis reus, quocunq; tempore dolo possidere desierit, ad rem restituendam aut præstandum interesse, nonnunquam quanti in litem fuerit juratum, iudice condemnante tenetur. *d. l. ult. l. 2. §. 3. 4. 5. de her. vel act. vend.* Et ut breviter nos expediamus, in realibus ob defectum possessionis, quæ fundamentum istiusmodi actionum & ubi res sola non persona spectatur, *Perez. ad t. C. de hered. act. n. 3.* æquitas suadet, utiles accommodari, in personalibus verò opus non est, durante semper earum fundamento, scil. obligatione, siue res fuerit alienata nec ne.

XXXIII.

Unde consequens est, si Commodatarius, Depositarius, raptor fur, dolo desierint possidere, eos nihilominus conveniri directis ex Contractu aut delicto actionibus, nisi Commodans, Deponens &c. maluerit rem suam vindicare, rei enim vindicatio cum istis actionibus concurrat *l. 1. C. de pos. l. 9. de R. V. l. 1. §. 21. de pos. l. 3. §. 2. commod. l. 8. de in lit. jur. quibus*

bus casibus ex natura rei vindicationis rectissime etiam utiles contra dolose alienantem furem aut depositarum accommodabuntur.

XXXIV.

Lucidissime istud apparet ex actionibus noxali & de peculio, quarum hæc contra tertium quidem, in quem fortasse servus alienatus est, competit atque hoc modo caput sequitur *l. 27. §. 2. l. 37. §. pen. l. 32. §. ult. & LL. seqq. l. 47. §. 3. de pecul.* Prætor tamen summa cum ratione etiam peculio imputat, quod dolo malo Domini factum est, quo minus in peculio esset *l. 21. d. t. l. 26. l. 36. eod.* Illa vero contra Dominum datur, ut servum noxæ dedat, aut litis æstimationem præstet *l. 1. de nox. act. §. 1. de off. jud. l. 6. §. 1. de re jud. pr. Instit. de nox. act.* Qui Dominus, si dolo malo fecit, quò minus servum haberet in potestate, erit in arbitrio actoris, an eum, tanquam pro Possessore velit convenire, sine noxæ deditio-
ne *l. 21. pr. de nox. act. l. 12. in f. eod. d. l. 24. 25. 26. eod.* an verò servum persequi, quem noxa, sicut lepra leprosum sequitur, *§. 5. f. eod. l. pen. in f. ff. eod.*

XXXV.

Quod verum est, nisi dolo Possessoris servus fugerit, tunc ille erit condemnandus omninò, quasi possideret, *l. 22. de R. V. l. 12. de nox. act.* Si plures fuerint, quò minus in potestate sit servus, Judicium honorarium subsequitur Juris Civilis actionem, quod Prætor ex hac causa pollicetur in eum dare, quem actor elegerit, *l. 39. pr. eod.*

XXXVI.

Ejusdem farinae est actio de pauperie ex noxa animalium, ut quæ damnum sine injuria fecerunt, noxa dedantur, aut damni æstimatio præstetur. *pr. Inst. si quadr. l. 1. pr. §. 11. ff. d. t.* Quæ & datur contra eos, qui dolo malo possidere desierunt. *arg. l. 12. l. 21. pr. l. 24. de nox. act. ad æstimationem damni.*



XXXVII.

Nec hinc lata culpa dolo æquiparatur, ut puta, si ante *L. C.* ex lata culpa quis desierit possidere, quò casu extincta est omnis actio. *l. 1. §. 13. si quadr. paup.* Et cum nullo textu doceamur, latam culpam in actione de pauperie dolo esse similem, essentialiter etiam in se distincta sint dolus & culpa lata, idcirco, quia hoc non cum lege agimus, meritò erubescimus, *N. 18. c. 5. in pr. l. 3. §. ult. de prævar. l. 19. §. superstitibus* quidem, ibi, eo; quod nulla constitutio *C. de Collat. Post L. C.* si Domini dolo culpavè res interierit, Dominus in æstimationem noxiæ condemnabitur. *arg. l. 1. §. 16. si quadr. paup. fec. dic.* Congessimus ista de noxalibus judiciis, ut Sole meridiano esset clarius præmissum theorema, actiones ex contractu vel delicto ortas omnimodò esse directas, in realibus verò distingui oportere.

XXXVIII.

Reales autem actiones intelligimus in factum utiles, directæ enim contra veros, corporaliter rei insistentes, Possessores militant. Vocatur autem directæ & utilis in factum, multifariam; & sunt directæ. 1. illæ, quæ contrariis opponuntur, ut in contractibus, comòdato, mandato, deposito, & quasi contractibus, tutelæ administratione, negot. gest. *per tt. ff. §. C. 2.* directæ est, quæ noxali opponitur, quando servus manumissus ipse directò tenetur noxiæ deditio, extincta. *§. 5. de nox. act. 3.* ea, quæ præparatoriæ opponitur, i. e. actioni ad exhibendum *l. 17. ad exhib. 4.* ea, quæ respectu utilis directæ nuncupatur *in §. ult. J. de L. Aquil. l. 7. §. 3. l. 9. pr. l. II. §. 8. l. 29. §. 7. ff. eod.* quæ nostri fori acceptio.

XXXIX.

Actio quoque in factum i. capitur pro ea, quæ ex contractu innominato oritur *rub. tit. præsc. verb. & in fa. act.* quales etiam sunt descendentes ex edicto Prætorio veluti poenales *l. 5. §. 1. ne quis eum, qui in Jus voc. l. 3. pr. de eo per quem fact. fuer.*

fuer. item ex delicto persecutoria, *l. 1. pr. & tt. de alien. jud. mut.* Deinceps actio in factum late sumitur, pro omni illa, quæ non directò ex legibus, sed earum interpretatione oritur, *l. 11. de præsc. verb.* & sic utilem complectitur, *d. l. 29. §. 7.* strictè verò utili contradistinguitur, ut in *L. Aquilia d. §. ult.* & utilis est, quæ ex interpretatione legis venit, in factum verò ubi & mens & verba legis deficiunt, & tamen æquitas vult actionem dari *l. 11. de præsc. verb. l. si servum. 33. in f. ad L. Aquil. Conf. Dn. Struv. Ex. 25. th. 23. Egreg. Excell. Dn. D. Creg. in Coll. M. S. ad Schnob. Diss. 22. §. 18. verb. actio in factum.*

XL.

Vocantur verò nobis utiles & in factum hæ actiones, quia manifesta sententia & verba legis deficiunt, quæ tantum contra Possessores veros reales indulgent actiones, sed ex interpretatione ad exemplum directarum sive in consequentiam dantur utilitatis & æquitatis causa, arg. *l. 41. de pign. act. l. pen. si quadr. paup. l. 12. ad L. Aquil. l. 1. C. de prec. l. pen. & ult. C. de inst. act. ne dolosè alienantis aut quovis modo Actoris conditionem reddentis deteriore, malicia maneat impunita, Hahn. d. l. n. 6.*

XLI.

Sub hac comprehensa etiam volumus interdicta sumto actionis vocabulo ἐν πλάτει *l. 37. de O. & A. §. ult. Inst. de Interd. l. 1. C. & rubr. ff. de interd. & extraord. action. Franz. Ex. 13. Q. 1. n. 26. 27.*

XLII.

Quibus jam præmissis dicimus actiones, quæ contra eum, qui dolo desit possidere, dantur, aut petitorium concernere, aut possessorium: ex petitorio fluentes sunt vel universales, vel particulares: illa est hæreditatis petitio, eaq; vel generalis, vel specialis & qualificata, puta, querela inoff. *l. 8. §. 8. l. 21. §. 2. l. 27. §. 3. l. 15. §. 2. de inoff. test.*

XLIII.



XLIII.

Generalis petitio hereditatis (quam realem esse statui-
mus ortam ex jure hereditario. *l. 1. §. 1. verb. ex suo jure, si pars
hered. pet. l. 5. §. hac autem, circa fin. de his qui effud. l. dei.*) com-
petit contra eum, qui dolo possidere desit. *l. 13. §. 14. l. 25. §. 8.
h. t.* perinde ac si rem adhuc penes se haberet. Liberatur au-
tem 1. si is, qui possessionem nactus, iudicium subire para-
tus, *d. l. 13. §. 14.* nisi petentis inter sit, ut quia alter difficilis
conventu propter potentiam, privilegia, si sit miles, aut a-
liàs, *d. §. 14. Zes. hinc n. 15.* non interest autem 2. Si possessor
corpus aut litis æstimationem præstiterit. *l. 95. §. dolo fecisti. 9.
de solut. d. l. §. 14. ¶. certè inquit.*

XLIV.

Quod è contrario secus se habet, quamvis enim litis æsti-
mationem præstiterit is, qui dolo possidere desit, hoc eum
tamen, qui possidet, non liberabit, *eod. d. l. 13. §. cum ille suum
dolum præstiterit, & dum non possidebat, quasi actione pœ-
nali fuerit conventus.* Pœnæ autem exactio rei persecutio-
nem non perimit, quia id, quod ratione præteriti doli ab a-
lio præstitum, verum possessorem, qui secundum propriam
hujus actionis naturam, ex verbis legis convenitur, securum
præstare non valeat, *d. l. 13. & l. 95. §. 9. de solut. Struv. ad h. tit.
thes. 18. Exerc. 10. Zes. ibid. n. 15. Don. lib. 19. Comment. c. 12. Pac.
Cent. 3. Q. 41.*

XLV.

Certè *Pac. cit. loc.* duas affert limitationes, quibus alio con-
vento & condemnato, alter amplius conveniri non possit;
altera est, si prior condemnatus dolo careat. *l. illicitè 10. de
reb. eor. qui subtutel.* altera, nisi possessor, qui secundo loco
convenitur, regressum habeat & actionem de evictione,
contra priorem condemnatum, *l. 25. §. 17. vers. certè, de pet.
her.* Neutra in eum, qui dolo possidere desit, meo iudicio
poterit applicari.

XLVI.

XLVI.

Competit hæc actio ad hoc, ut actor heres declaretur, ei-
 que declarato res hereditariæ restituantur. *l. 9 l. 10. si pars her.*
 sed quid restituendum rebus distractis? Et quanquam suffi-
 ciat bonæ fidei possessorem pretium, quo non usus, absque
 usuris, usque dum hereditas petatur, solvere, *l. 1. C. h. t. ma-*
læ fidei tamen possessores & ii, qui dolo desierunt possidere,
ac si possiderent, conveniuntur. l. 25. § 8. eod. Proinde acto-
 ris erit non pretium cum usuris, sed rem ipsam cum fructi-
 bus petere *l. 20. § 12. & 16. de pet. her. l. 15. § 1. de R. V. nisi res*
sint steriles aut tempore perituræ, eaq; distractæ sint vero
pretio, ubi fortasse potest petitor eligere, ut sibi rerum pre-
tia & post motam licem usuræ præstentur, d. l. 20. § 16. late
Struv. Ex. 10. th. 58,

XLVII.

An etiam tenebuntur heredes? Et est generaliter tradi-
 tam *in l. 13. § 3. de pet. her. eos teneri, etiam si ignorent, pro he-*
rede vel possessore defunctum possedisse: quod in herede,
qui possessionem rerum hereditariarum nactus, indistinctè
verum puto, cum in actionibus realibus rem persequamur,
non attento personarum respectu: heres autem ejus, qui do-
lo desit possidere, actione in factum tantum pulsabitur ea-
tenus, quatenus ad eum pervenit, quævis enim turpia lucra
heredibus sunt extorquenda l. 5. in pr. de Calumn. l. 16. § fin.
quod met. caus. nisi cum defuncto lis fuerit contestata.

XLIIIX.

Dicta hætenus procedunt, etiam si pars hereditatis petatur.
l. 1. pr. si pars her. pet. nam quod juris obtinet in toto, idem
& in qualibet ejus parte l. 76. pr. de R. V. Dan. Otto in Dial. jur.
cap. 23. Reg. 1. El. Rôb. Disp. ad Inst. 8. th. 3.

XLIX.

Insuper cum bonorum Possessor bonorum possessione
 C eadem



eadem ab adversario consequi possit, quantum heres Civili hereditatis petitione. *l. 2. de poss. her. pet. l. 2. de poss. l. 117. de R. I. ibiq; B. Ludov. n. 3.* Actio etiam ñ dei commissaria eadem recipiat, quæ hereditatis petitio Civilis *l. 2. de fideic. her. pet. l. 5. §. 1. in f. quod cum eo, qui in al. l. 18. §. 1. ad L. Falc.* atq; adeò eadem sit ratio, eandem quoq; dicemus esse juris dispositionem, ut Possessoria & fideicommissoria hereditatis petitio, contra eos, qui dolo possidere desierunt, æquè competant. *arg. l. 32. pr. ad L. Aquil. l. 4. C. delib. prat.*

L.

Nec diversitas erit in hereditatis petitione, quam qualificatam diximus, sive Querela inoffic. siquidem & ista petitionem hereditatis includit. *l. 8. §. 8. l. 27. §. 3. de inoff. test. l. 3. C. de petit. her. & vocatur actio in l. 12. §. ult. de inoff. test. l. 15. §. 2. eod. l. 34. C. eod. add. Suth. Diss. ad Inst. 9. aph. 89. Bachov. ad pr. Inst. de inoff. test. Ludov. ibid. n. 1.*

L I.

Sequitur particularis in rem actio, quæ vel præparatoria vel principalis, præparatoria est actio ad exhibendum, personalis dicta à JCro *in l. 3. §. 3. ad exhib.* attamen etiam in rem scripta, cum non adversus certam personam, sed contra possessorem detur. *l. 3. §. ult. ad exhib.* porrò sæpissimè ratione juris in re tanquam præparatoria vindicationis competat. *Zæf. ad t. ff. ad exhib. n. 1.* ut non immeritò ei etiam hac in scena detur locus ex vulgato brocardico, quo præparatorium conditionem & naturam præparati sequitur, & quicquid dispositum est de præparato, censetur etiam cautum de præparatorio, *arg. l. ad rem. 56. & l. 62. de Proc l. Oratio. 16. de spons. Harpr. ad §. de his qui sui vel alien. n. 4. Hahn. in observ. ad Wesparat. t. ad exhib. n. 2.*

L II.

Datur verò etiam contra eum, qui dolo desit possidere. *l. 5. C.*

l. 5. C. ad exhib. l. 9. pr. §. 1. 2. 3. ff. eod. Ea q̄; utilis, directam enim dari contra dolo non amplius possidentem & falsum, est & naturæ rei repugnat, cum directa detur contra eum, qui revera possidet, hic autem tantum fingatur, aliquem possidere, qui tamen reapse non possidet, atque adeò, ut res exhibeatur, impossibile sit, unde utili tantum actioni locum facimus *cum Bachov. ad §. nunc admonendi n. 5. Inst. quib. al. lic. vel non.*

LIII.

Ei ubiq̄; fermè locus iis casibus, ubi vindicatio locum habet: quod dupliciter accidere potest: vel si res mobilis separatim extet apud possessorem, sed cujus qualitates non exactè novit Dominus, quæ in R. V. exprimendæ. *l. 6. de R. V.* quas ut exprimere possit, prius agit, ut res sibi exhibeatur, vel ubi res ita extat apud aliquem, ut propter conjunctionem cum alia re possessor summo jure Dominium rei sit consecutus, ita ut vindicari res non possit, & hoc casu effectus est actionis ad exhibendum, ut res separata postmodum queat vindicari *§. si tamen 27. de R. D. l. 6. ad exhib. l. 23. §. 5. de R. V. Egr. Bach. ad §. admonendi n. 5. quib. alien. lic. vel non.* Unde notanda regula à Theophilo ad *§. 2. quib. al. lic. &c. tradita*: Ex quibus causis, si res extet, in rem agitur, ex iis, si vel celentur, vel mala fide consumptæ sint, ad exhibendum: non ad id quidem, ut præcisè exhibeantur, sed ut in litem juretur. *per l. 5. §. 2. ad exhib.*

LIV.

Unde si quis dolo pecus suam immiserit, ut glandem ex arbore alterius in ejus fundum decidentem depascat, competit actio L. Aquil. utilis *l. ult. C. de Leg. Aquil.* itemq̄; actio ratione glandis consumptæ ad exhibendum. *l. 9. §. 1. ad exhib.* Sic fugitivus vel alius servus contra voluntatem Domini credendo non facit accipientis: Quid ergò? vindicari num-



mi possunt, si extant? aut si dolo malo desinant possideri, ad exhibendum agi. *l. ii. §. 2. de R. C.*

L V.

Nec non, si quis nummos alienos tanquam suos credendi animo dederit, non fiunt accipientis *l. 13. pr. de R. C. l. 2. C. §. cert. pet.* et si mutuarius eos dolo consumpserit, datur contra eum actio ad exhib. *d. l. ii. §. 2. de R. C.* Dolo enim etiam dicitur possidere desisse, per quem res dolo malo est consumpta. *Bach. ad d. §. nunc admonendi Inst. quib. al. lic. vel non.*

L V I.

Porro si pupillus aut minor sine consensu & autoritate tutoris & curatoris mutuam pecuniam dent, eadem non fit accipientis *§. 2. l. d. t.* & extantes nummi vindicantur, si vero mala fide consumpti, agitur ad exhib. *l. ii. §. ult. l. 12. de R. C. d. §. 2.* Eadem licet statuere in furioso, de quo manifestum est, quod nullum negotium gerere aut contrahere possit, *l. i. §. 12. de O. & A. l. 20. §. 4. de fidei. l. 5. de R. I.* est enim expers voluntatis & mentis. *l. 40. d. t. l. 2. C. de cont. empt.* unde nec accedente curatoris autoritate ullum negotium rectè potest gerere *d. l. 5.* Hæc quoque accommodabimus ad ἀνόητον seu mente captum, qui tacitâ mentis alienatione correptus, & melancholiæ morbo laborantem, cum nec hi intelligant, quid agant *§. 8. de inutil. stip.* & furiosis per omnia assimilentur. *arg. l. 28. C. de Episc. aud. l. 25. C. de nupt. l. 2. de inoff. test. l. 14. de Curat. fur. Luduv. ad l. 5. de R. I. n. 2. & seqq.* nulla enim res tam delirantes homines concinnat citò, quam atrabilis, censente *Plauto in Amphit. act. 2. sc. 2. add. Virg. Malvez. de pers. Dav. p. m. 22. 23. Hipp. in Ἰουχολ. lib. 1. c. 53. in f.*

L V I I.

Sed quid si istiusmodi vitioso animi affectu laborantes se alicui nummos debere stultè sibi imaginati fuerint, eosq; dederint? Dicendum vi superius adductorum, eos accipientis non



non fieri, adeoq; repetitioni esse locum, vel ab ipsis dantibus, si ad sanio rem mentem redierint, vel ab eorum heredibus, adeo ut si quis à furioso, minore, pupillo, melancholico dolosè & scienter indebitū acceperit, conditioni furtivæ contra eum sit locus, furtum enim est, cum quis indebitos nummos sciens accipit. *l. 18. de cond. furt. l. 38. §. 1. de solut. l. 21. §. 1. de furt. l. 43. pr. eod.*

LVIII.

Heres dolosè facientis, quò minus haberet, etiam hac actione tenetur, modò locupletior eo nomine factus fuerit, veluti si pretium fuerit consecutus defunctus. *l. 12. §. ult. ad exhib.*

LIX.

Non omninò incongruum dixerò huc referri illud, quod à DD. reponi solet limitativè ad quæstionem, an liberi teneantur conferre sumtus in studia ipsis datos? nimirum eos teneri, si Pecuniam à Parentibus quidem emunxerint, nec quicquam profecerint, sed per Commestationes, aleam, Venerem dissipaverint. *Vinn. tract. de Collat. cap. 13. n. 7.* additâ ratione, quod dicatur conferendum esse, etiam si quid ejus non fuerit, dolo autem malo factum sit, quò minus esset *l. 1. §. 23. de Collat. l. 2. §. 2. ibi: pleriq; putant d. t.* Cùm nemo magis dolo habere desinat, quàm ejusmodi socii, ignavum pecus & fruges conlumere nati. *Kremb. tract. de sumt. stud. 2. 1. mem. 4. lin. 4. n. 57.* & causa, propter quam missæ impensæ, non sit secuta, atque adeo etiam cesset voluntas patris; facit, quòd non debeat lascivia lucro esse lascivo, nec impunè illi licere emungere pecuniam, *ita Zes. ex Bartolo, ad t. de Collat. n. 336.* De hac quæstione fusè *Schneid. ad §. alia. Inst. de donat. n. 75. & ad §. quadam actiones §. de act. n. 44. Harpr. ad d. §. 2. de donat. n. 55. & seqq. Limn. de J. P. lib. 8. c. 7. n. 22. 23. & seqq.*

LX.

Fructus quoque bonorum adventitiorum à filiofam. percepto-



ceptorum, si dolo malo fuerint consumpti, conferendi sunt
dd. ll. Vinn. d. tract. c. II. n. 4. Videtur enim per hoc istos, in
 malum usum conversos, non fecisse suos, adeoque ad exhi-
 bendum tenebitur, cum aliàs quoque debuissent pertinere
 ad Patrem. LXI.

Juratur autem contra eum, qui fecit, quò minus queat ex-
 hibere, in litem *l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. ff. d. t. §. 3. de off. jud. l. 5. de in-
 lit. jur.* Si verò res exhibeatur, sed dolo aut culpa possessoris
 facta deterior, ob damnum datum L. Aquiliae locus erit *l. 17.
 ff. l. 7. C. ad Exh.*

LXII.

Notandum, licet hæc actio sit ad exhibendum, & postea
 nihilominus res vindicari possit, quòd principalis cesset, si
 in litem fuerit juratum, *Bach. ad d. §. 2. quib. al. lic. in f.* Quia
 tunc actor nihil habet amplius, quòd rei vindicatione per-
 sequatur, cum fuerit consecutus, quod agendo in rem obti-
 nuisset. *vid. cit. Aut.*

LXIII.

Sed non immeritò quis dubium moverit, cur hoc & præ-
 cedentibus casibus, ubi extantibus nummis rei vindicatione
 agi potest, contra dolo malo eos consumentem, detur uti-
 lis ad exhib. & non potius utilis rei vindicatio? Equidem pu-
 to, in arbitrio agentis esse, an utili statim, an verò actione
 ad exhib. experiri velit: potior autem est ratio actionis ad
 exhibendum, cum sit præparatoria, adeoque præcedat, quàm
 si actum & in litem juratum, cum actor consequatur, quod
 agendo in rem fuisset consecutus, ideò expirabit utilis. *Bach.
 d. l.* Satius quoque est, agere hac præparatoria, cum, uti di-
 ctum, quis ea litis æstimationem facillimè possit consequi
 re non exhibita: si verò utili rei vindicatione experiri malit,
 cogatur prius dominium ex parte sui *l. 9. de R. V. l. ult. C. eod.
 l. un. C. de al. jud. mut.* ut & dominium autoris sui ostendere,
 quod difficile est *l. 20. de A. R. D. l. 54. de R. J. l. 10. C. de pign. act.*

LXIV.



LXIV.

Movet etiam scrupulum, quod hisce casibus, ubi de pecuniis agitur, primo intuitu non possit in litem jurari, quid sua intersit, cum certa sit nummorum aestimatio, in quos talis affectio non cadit *l. 3. de in lit jur. Franz. ibid. n. 16. 17.* Sed potest quis de eo jurare, nummos sibi non fuisse sua die red-ditos *d. l. cujus respectu pecunia aliàs certa etiam quoad in-teresse incerta fieri potest, Gotof. add. l. 3. lit. h.*

LXV.

Succedit Principalis in rem actio, eaque vel Civilis, vel Prætoria: Civilis tendit vel ad persecutionem rerum corpo-ralium, estque rei vindicatio, vel incorporalium, actio nempe Confessoria.

LXVI.

Illam competere contra eum, qui dolo non possidet, ap-paret *ex l. 27. §. 3. de R. V. l. 36. pr. d. t. idq;* verum est de utili, si ante L. Cont. dolo possidere desierit *per d. l. 27. §. 3.* Quanquam *Jason. ad §. omnium de action. ac cum illo Oldend. Class. 3. act. 2.* actionem in factum ex Edicto Prætoris putet dandam, sed contra expressum textum *Schneid. ad d. §. n. 87. Wes. in II. ad t. de R. V. n. 4. latè Bach. ad d. §. 1. de act. n. 14.* Quem textum tan-quam Cynosuram merito sequimur, cum stultum sit & à sensu humano alienum, Glossæ vel interpretis sola aucto-ritate, ubi venerandi Juris textum habere possis. *Bocer. ad §. 8. n. ult. de J. N. G. & Civ.*

LXVII.

Nec ratio deficit; nam qui post L. C. desit habere, cum antè, ut verus possessor, fuerit conventus, per dolosam il-lam possessionis desitionem jus actoris deterius reddere non potest: præsertim cum natura actionis directæ sit, non præ-cisè, ut res restituatur, sed ut quanti actor in litem iura verit, reus condemnatur. *Franz. ad t. de R. V. n. 29. Clarè Hillig in Don.*



Don. enucl. lib. 20. c. 3. lit. L. & ex eo Christoph. Günzel. ad L. 160. de R. J. Quod si intellexissent interpretes antiqui, non frustra quæsiuissent, an ubi post L. C. reus dolo desit possidere, condemnari possit virtute directæ actionis, an novâ instantiâ opus sit, notante eos Bach. latè ad §. 1. de act. n. 13.

LXVIII.

Sed an hoc casu culpa lata dolo æquiparabitur? *A. Schneid. d. loc. per tx. in l. 36. §. 1. & gl. in l. sin autem §. 1. in verbo, dolo, de R. V. nos negamus arg. l. 27. §. 1. de R. V. l. 36. pr. ibid. Et si qui possent contrarii obrepere textus, eos de actione personali, ubi doli & culpæ est æquiparatio, aut de culpa post litem contest. commissa accipimus.*

LXIX.

Quæri solet etiam, si quis rem alienam, v. gr. furtivam, b. f. comparaverit, & hic rursus b. f. in tertium transferat, an contra hunc Dominus actionem habeat? Putamus convenire potius Domino, ut possessorem vel Prædonem, seu eum, qui dolo desit possidere; conveniat, quàm pretium ab eo exigat, qui pretium suum, quod ante b. f. solvit, recuperavit, nisi ex venditione quid fuerit lucratus, tunc ob id convenietur actione in factum. *Struv. Ex. II. th. 13. latè: nemo enim cum alterius damno debet fieri locupletior. l. 14. de Cond. in deb. l. 206. de R. J.*

LXX.

Contra hæredes ejus, qui ante L. C. dolo possidere desit, huic actioni vix erit locus, sed in factum ad versus eos agi oportebit, quod reverà non possident, nec dolo desierunt, per quam restituent illud, quantò facti locupletiores *l. 52. de R. V. post L. C. cum in defuncti locum activè & passivè succedant, tenebuntur utiliter & eandem condemnationem ex persona defuncti subibunt. arg. l. 3. §. II. de pecul.*

LXXI.

Obrinet etiam hîc, licet is, qui dolo desit possidere, sic
con-



condemnatus, ut nihilominus possit conveniri Possessor. *l. 7 de R. V.* Quod cum effectu accipiendum etiam in casu, quo alter solvit, cum non possit dici, quod idem bis exigatur, quia quicquid à priore solutum est, nomine poenæ fuit acceptum, ubi simul notabis errorem veterum, quos refert *Jas. ad d. §. 1. de action. n. 85.* putantium, sententiam in eum, qui dolo desit habere; latam, posse executioni mandari contra ipsum Possessorem sine novo libello: sed falsò, cum uti dictum, sententia in reum lata, ipsiusdolum coërceat, inque eò sit exequenda, non ut res restituatur, sed quanti Actor juraverit, præstetur: quo non obstante Domino contra Possessorem, si qui est, adhuc salva erit actio. *Opt. Bach. ad d. §. 1. de act. n. 15.*

LXXII.

Juratur autem in litem sine ulla taxatione, si dolo res perit. *l. 68. h. t. nisi Actor malit, quanti res sit, adversarium condemnari l. 31. d. t. add. l. 17. pr. & §. 1. eod.* Et hoc casu sequitur condemnatio, licet reus non possideat: cum alias regulariter in actione directa & litis contestatæ tempore & quo res judicatur, possidere debeat reus. *l. 27. §. 1. ibid.*

LXXIII.

Cum etiam non rara sese exerat seges casum evidentium, in rem, eos apponere pretium operæ duxi. Scilicet contra eum, qui malâ fide speciem fecit ex materia aliena, vel partim suâ, partim alienâ, datur utilis actio ad exhibendum, & rei vindicatio tanquam contra eum, qui dolo desit possidere, *l. 12. §. 3. ad exhib. junct. l. 9. §. 3. inf. eod.* Quod eò casu verum est, quo quis ex materia partim sua, partim aliena speciem novam fecit, aut ubi res effecta non facilè est reducibilis ad pristinam materiam & forma præponderat *l. 78. §. 4. de leg. 3. §. 25. de R. D.* tunc enim speciei artifex fit Dominus rei, etiam si mala fide specificaverit. *vid. Wesf. ad §. 25. de R. D. Franzk.*

D

Ex. 4.



Ex. 4. qu. 4. Non obstat l. 12. §. 3. ad exhib. unde est, quod lana legata vestis ex ea facta non debeatur. l. 88. in pr. de leg. 3. & materia legata navis ex ea facta non debeatur l. 57. de leg. 3. d. l. 88. §. 1. neq; statua ex marmore legato facta. d. l. 78. §. 4. Ungep. Ex. Just. 5. Q. 8. in verb. ajo.

LXXIV.

Quod etiam obtinet in eo, qui purpuram alienam suæ vestis intexuit: *arg. d. l. 12. §. 3. & l. 9. §. 3. ad exhib.* licet enim pretiosior sit purpura, tamen accessionis vice cedit vestimento §. 76. de R. D. l. 7. §. 2. ad exhib.

LXXV.

Item si quis ex metallo vel materia alicujus pedem vel brachium statuæ suæ adjungat, vel lecto pedem aut navi tabulam l. 26. §. 1. de A. R. D. aut gemmam alterius auro & anulo suo includat. l. 6. ad exhib. Tunc enim poterit actione ad exhibendum agi ad gemmam excludendam, quo vindicari possit.

LXXVI.

Idem quoad exclusionem ad reliquos adjunctionis casus rectè extendit *Bach. ad §. si tamen alienam n. 5. de R. D.* Actor tamen statim volens utili rei vindicatione agere & in litem jurare, audiendus erit. *vid. dd. ll. & Bach. clarè ad §. cum in suo solo n. 5.*

LXXVII.

Eadem asserimus de malâ fide ædificante ex aliena materia in suo solo l. 1. §. fin. de tign. junct. l. 23. §. 6. de R. V. etiam si jam ante Dominus materia duplum actione de tigno juncto fuerit consecutus l. fin. de tign. junct. Quod de utili actione accipiendum d. l. 23. §. 6. l. 6. ad exhib. aliàs enim tignum vindicari non potest nisi solum d. l. fin. Potest etiam is, qui convenitur actione de tigno juncto, tignum eximere, atque ita dupli cõdemnationem evitare, cum L. XII tabb. caveatur,
ne quis

ne quis cogatur tignum eximere, igitur potest, si velit, in-
 vicus non cogetur §. 29. de R. D. l. 7. §. 10. de A. R. D. adde latè
 Harpr. ad §. 29. h. t. n. 25. & seqq. Disb. Dn. Ungep. Exerc. Iust. §.
 2. 9. in verb. Nego. p. 231. 32.

LXXIIX.

Sed hoc modo, si actio de tigno juncto ad duplum datur
 in §. 29. de R. D. & it. de tign. junct. erit actio ad exhib. aut rei
 vindicatio frustranea, quæ tantum ad simplum competunt,
 cum unusquisq; censeatur potius acturus ad duplum: & erit
 stultissimus, si omisâ actione dupli potius in simplum agere
 velit arg. §. ceterum §. quod cum eo qui in al. verum quan-
 quam nemo prohibeatur temperantius agere adeò, ut licet
 possit duplum consequi, malit potius veram rei æstimatio-
 nem; siquidem humanitatis est deteriori uti actione l. 3. C.
 depos. addendum tamen in super, quod duplum id sit pœna
 nomine tigni furtivi: rei vindicatio autem & actio ad exhi-
 bendum sint extrinsecus, ut cum actione dupli concurrant,
 & qui hisce egit, nihilominus etiam actionem de tigno jun-
 cto intentare queat. l. 2. de tign. junct. d. §. 29. Harp. eod. n. 16. &
 17. Disb. Wesenb. ibid. n. 5 & Manz. add. §. n. 29.

LXXIX.

Huc referendum, si quis in suo solo alienam plantam po-
 fuerit aut frumentum alienum severit, arg. sapius cit. l. 23. §. 6.
 & l. 5. §. 3. de R. V. Quæ planta post coalitionem omninò fit
 alterius ita, ut ne radicitùs quidem eruta à pristino Domino
 queat vindicari, quoniam per novum alimentum alia cen-
 setur effecta l. 26. §. 2. de A. R. D. ut proinde Domino plantæ
 aliter non possit consuli, nisi concessa actione utili contra
 plantantem & ferentem.

LXXX.

Simile quid obtinet in eo, qui malâ fide pinxit in aliena
 tabula, quæ quidem picturæ cedit l. 23. §. 3. de R. V. Pac. Cent. 3.



q. 43. Ungep. Ex. Inst. 5. Q. 10. in verb. Ajo. Sed tamen Domino tabula datur actio utilis, quâ ita efficaciter experiri poterit, si pictura impensam solvat. l. 9. §. 2. de A. R. D. aliàs Pingens non tenetur utili actione ad exhibendum aut rei vindicatione conventus restituere tabulam cum pictura Domino arg. l. 23. §. 5. & 6. de R. V. l. 9. §. 3. ad exhib.

LXXI.

Si tamen pretium picturae nolit solvere Dominus, forte quia Iconum istiusmodi amans non est, aut pingens tabulam restituere oblato licet pretio picturae detrectet, jurabitur contra alterum in litem, ita ut malâ fide pingens allegare quidem possit Dominium per picturam quaesitum, non tamen liberetur, nisi præstita tabulae aestimatione. Ludov. ad §. 35. de R. D. n. 4. Manz. ad d. t. §. 34. n. 16. 17. Quod ita peculiariter introductum ob præstantiam artis pictoriae, quæ principale, tabulam, ad se trahit, contra communem regulam: cum ex historiis certum sit, artem eam apud Græcos & Romanos maximo in honore fuisse. arg. l. 14. de V. S. Conf. Harp. ad d. §. 1. adeò ut pingens adversus Dominum tabularum rectam vindicationem instituire possit, modò pretium earum inferat d. l. 9. §. 2. ex quibus non malè licet concludere, & Dominum & pictorem esse tabulae Dominum: Bechman. in Comm. Theor. Pract. ad Pand. 1. de R. V. n. 1. & seqq.

LXXXII.

Cùm hodiè Scriptura pluri aestimeretur, quàm charta, ideò hodiè chartam Scripturae cedere plerosque sentire, habet Schneid. ad §. si quis in aliena de R. D. n. 3. Quæ si vera sunt, eadem quæ in pictura, licitè hic accommodabuntur.

LXXXIII.

Aliquot hîc sese nobis offerunt notabilia; Quorum primum, etiam si in specificatione, ædificatione, plantatione & satione non omninò quis desierit dolo possidere eâ ratione, quâ

quâ non amplius possident, qui rem vel planè corrumpunt, vel alienant: attamen & eos dici, defuisse dolo possidere, quod ex re alienâ fecerint accessorium, & sic suo adjecerint dominio: Cum enim accessorium sequatur naturam sui principalis c. accessorium *de R. I. in 6. l. 2. de pec. leg. l. 178. de R. I. l. nihil dolo 129. §. 1. ibiq; Dec. eod. adeò, ut directâ actione vindicari non possit, videtur quodammodo extinctum, idq; dolo malo specificantis, adjungentis &c. Ut non immeritò utilis ad exhibendum aut rei vindicatio applicetur, ad interesse tendens, cùm extinctæ res dicantur non tantùm, quæ omninò perierunt, sed etiam eæ, quarum corpus manet, sed forma mutata est *l. 13. §. 1. de V. S.**

LXXXIV.

Alterum est, quod extinctæ res licet vindicari non possint, tamen à furibus & quibusq; aliis m. f. possessoribus condici (si scilicet scienter emerint à fure rem alienam) §. 26. *de R. D. Franzk. ibid.* ac superius adductis casibus extinctæ res utique possint vindicari? Sed distinguimus inter actionem directam & utilem, directe siquidem res extinctæ non possunt vindicari ob ablatam possessionem; utiliter possunt ad hoc, ut præstetur æstimatio *l. 27. §. 3. de R. V. Ludov. ad d. §. n. 3.*

LXXXV.

Ἐν τὰς ὁδοὺς quærimus. i. an conventus rei vindicatione, si rem restituat, cogatur cavere de dolo & culpa, ne rem restituerit deteriore? Decisio petenda ex *l. 45. de R. V.* ut malæ fidei possessor de utroque caveat, ut & b. f. possessor post *L. C.* cum sibi imputare debeat, quod non illicò restituerit, ante *L. C.* cavebit hic tantum de dolo *Pac. Cent. 3. Enant. 2. 44.*

LXXXVI.

Quid si reus, in quem dolosè facta rei alienatio, neget possessionem? Tunc actor illam in processu debet probare *l. 9. de R. V.* qua probata in pœnam mendacii, citra ullam Do-



minii probationem, res in auctorem confestim transferetur. *l. ult. d. r. N. 18. c. 10.* in eo enim qui mendacium dixerit, dolo praesumitur. *l. si quis. 9. §. 1. & l. 37. l. 7. §. 10. de dolo malo. l. 43. §. 3. de furt.* praesertim si commodum inde caperet mendax. *Cravetta in Consil. 18. n. 22. Parisiens. in Cons. 8. n. 5. vol. 4.* Requisita, ut hoc procedat, habet *Frantzke. ad tit. de R. V. n. 21. 22. Schneid. ad §. 1. de act. n. 89. usq. 93.* Quod ipsum adhuc hodie evenire potest; licet enim interrogationes in iure faciendae à nostris Curii recesserint, ut ab Actore reus non amplius interrogetur: poterit tamen simile quid expediri officio Judicis, nec opus positionales formare articulos. *Wesenb. ad tit. de interr. in iure fac. n. 9.*

LXXXVII.

Commodè etiam hinc inseritur, an, sicut in genere Domini petere volentes per rei vindicationem res suas extantes à Possessoribus, ratione peculiaris Juris in re apud debitorem existente, praeseruntur, si res non extet & possessor dolo possidere desit, idem statuatur? Negatur, sed iis non extantibus post hypothecarios demùm admittuntur, cum ubique hinc certetur de damno vitando, nec Jus, quod hypothecarii sibi vigilantes habent in rebus debitoris, ab eo, qui vindicare vult rem, quae non amplius extat, ipsis auferri queat. *late Richt. de jur. & priv. Cred. cap. 2. memb. 1. per tot. maximè n. 12.*

LXXXVIII.

Haftenus de Rei Vindicatione generali, cujus cum qualificatae etiam dentur, nempe rei vindicatio Emphytevticaria, per quam ipsa res vindicari potest, ob jus ad Dominium proximè accedens *l. 1. in f. si ag. veet. l. 12. de fund. patrim. lib. XI.* & superficiaria, per quam superficies constituta à quolibet possessore vindicatur *l. 1. §. 3. 4. 6. de superf. l. 75. de R. V.* Feudum etiam constitutum Vasallus tum à Domino, tum extraneo per rei vindicationem petere possit. *II. F. 43. & 46. verb.*

vin-



vindicant. II. F. 8. pr. ubi voces, tanquam & quasi, adjectæ, respectu habito ad dominium plenum, perinde uti LL. Romanis Emphyteutæ & superficiario utilis rei vindicatio tribuitur. *Dn Struv. in Synt. Feud. cap. 2. aph. 3. n. 4. p. 56.* Idcirco hasce actiones etiam locum invenire putamus, si reus dolo desierit Emphyteusin, superficiem aut Feudam alterius possidere.

LXXIX.

Ex ordine adest actio pro rebus incorp. vindicandis, dicta confessoria, ubi ille, quide usufr. iudicium accepit, si desierit possidere sine dolo malo, absolvendus venit. *l. fin. si usufr. pet.* Ex quo per contrarium licet argumentari, si dolo malo ante L. C. desierit possidere reus rem, in qua alteri erat usufr. debitus, contra eum dari utilem actionem confessoriam *arg. d. l.* quâ principaliter quidem servitutes vindicamus, per consequens verò etiam intendimus, si res dolosè alienata, nec liber servitutis usus præstari queat, ut tanti condemnent Judex, quanti Actor in litem juraverit *l. 7. si servit. vind. Gl. ad §. equè. de action. in verb. altius. vers. item sicut ratione possessionis vid. Struv. Ex. 12. th. 45.*

XC.

Nunc videndæ sunt actiones, quas Prætor ex suâ Jurisdictione comparatas habet §. 3. *de act.* Has inter prima occurrit Publiciana, quam dari statuimus contra eum, qui dolo desit possidere *arg. l. 7. §. 8. de Publ. in rem act. l. 16. §. 3. de pign.* ubi expressè assertitur, omnia in rei vindicatione locum habentia, etiam in Publiciana procedere, nisi expressè, ut limitat *Joh. Faber ad d. §. sed ista: de action. n. 14.* contrarium reperiatu statuim. *Oldend. Cl. 3. act. 3. Harpr. ad §. 4. de act. n. 23.* Est nimirum b. f. possessor similis vero Domino, illique bona fides interim tantundem præstat, quantum ipsa rei veritas. *l. 136. de R. J.* id est, Publicana actio in effectum tantum ei tribuit, quantum Domino directæ rei vindicatio §. 4. *junct. §. 1. J. de act. n.*

XCI.



XCI.

Rescissoriam quoque & Paulianam actionem, quemadmodum ceteræ in rem actiones, dari contra eum, qui dolo desit possidere, propter *d. l. 16. §. 3. de Pign. tradit Heig. ad §. de action. n. 25. Et ex eo Harp. ibid. n. 9. Et ad §. 6. d. t. n. 3.*

XCII.

Nec quis dubitet in rescissoria, cum & ea realis sit, prout res aut jus, quod vindicare intendimus, amissa sunt *§. rursus §. ff. quod genus. de action.*

XCIII.

Nec in Pauliana, quam in rem esse evincit vocabulum Petitionis, quo Justinianus utitur *§. 6 de Act.* isto enim designari actiones in rem docet *l. 178. §. 2. de V. S.* Idem suadet ejus natura, per quam perpetuò rerum possessores nullo jure obligatos sequitur. *l. 10. §. pen. que in fraud. Cred. Frantz k. latè Exerc. 13. Q. 4. n. 12. Et 22. si scilicet fraudis sint participes, aut habeant causam lucrativam l. 1. 9. 25. §. 1. ff. l. pen. C. que in fraud.* Causa quoque hujus actionis est vel ex dominio ipsius debitoris, cui creditores succedunt, *ut Vult. ad §. 6. de act. n. 59. vel potius ex Jure Creditorum, quod in rebus alienatis habere videntur, dum fingunt, quasi ex res nec traditæ fuerint, nec alienatæ d. §. 6. in f. Bach. ad d. §. 6. n. 3. Harpr. eod. n. 2. f. 8. Locam. Q. Justin. CCCLX.*

XCIV.

Supereft hypothecaria, Serviana & quasi Serviana, quæ pro vindicandis Pignoribus competunt. *l. 17. de pign. & dantur contra eum similiter, qui dolo possidere desit d. l. 16. §. 3. cum paria sint possidere & dolo desisse Godof. d. l. lit. e. l. 2. C. si un. ex plur. hered. Conf. Harpr. ad d. §. 7. n. 2. de action. Manz. ad d. §. n. 26.*

XCV.

Juratur autem in litem, quando contra tertium possessorem agitur, si verò contra ipsum debitorem intendatur hypothecaria

pothecaria, postquam dolo pignus habere desit, Creditor jurat in litem, quantum suum sit debitum cum usuris *l. si fundus. §. 6. & l. 21. §. fin. de pign.* adversus debitorem enim, ut ait Jctus, *in d. l. 21.* non pluris interest, siquidem cum possessionem amiserit culpa, oporteat debitori restituere id, quod amplius debito pignus est *d. l. si inter Colonum. 21. §. ult. de pign. & hyp.* quod si consecutus Creditor illud postea Debitori restituet *l. 35. de pign. act. l. 6. §. 1. eod.* Quod etiam humanius, cum ex subtilitate juris potuisset videri, debitorem non restituentem pignus pluris condemnandum *d. l. si fundus §. 6. Oldend. Class. 3. act. 10. n. 5. Schneid. ap §. item Serviana. n. 85.*

XCVI.

Haftenus judicia petitoria, ubi principaliter de proprietate sive Dominio vel quasi alicujus rei disceptatur; quibus à pragmaticis opponi solent Possessoria remedia sive interdicta, quæ maximè de possessione vel quasi competunt *pr. §. de interdict. l. 2. §. 2. de interd.* Horum quædam ad similitudinem actionum realium etiam contra eum, qui dolo possidere desit, dantur. *l. 68. in f. pro soc.* Quorum pleraque hic confuse attexemus.

XCVII.

Nempè ut in petitione hereditatis, subjacet iste, qui dolo non amplius possidet, interdicto Quorum bonorum *l. 1. pr. Quor. bon. l. 2. C. d. t.*

XCVIII.

Datur contra Legatarium, qui Legatum propriâ autoritate occupavit, & desit habere facultatem restituendi, Interdictum, Quod Legatorum. *l. 1. §. 7. Quod Legat.*

XCIX.

Est & Interdictum de tabulis, quamvis ultimam voluntatem defuncti continentibus exhibendis, contra eum, penes quem sunt, si neget, se exhibere posse, aut si dolo desierit tenere. *l. 3. §. 6. de tabb. exhib.* Si sint tabulæ apud pupillum &

E

dolo

dolo tutoris esse desierint, in ipsum tutorem competit interdium *l. 4. d. 1.* Quod interdium ad omnem omnino scripturam testamenti sive perfectam sive imperfectam pertinet. *l. 1. §. 4. s. l. 3. §. 1. eod.*

C.

Utile etiam est interdium cuius de populo contra eum, qui opus in via publica factum aut immisum, licet alius fecerit, habuit, sed dolo malo fecit, quo minus possideret, vel haberet. *l. 2. §. 42. ne quid in loc. publ. l. itin. fiat.* Ubi sedes regulae, quod par oporteat esse conditio ejus, qui quid possidet, vel habet, atque ejus, cujus dolo factum est, quo minus possideret vel haberet.

CI.

Est porro proditum Interdium, ut, quod contra fluxum aquae in flumine publico, ripae ejus factum aut immisum, aut dolo factum est, quod minus quis haberet, si ob id aliter aqua fluat, atque uti prioraestate fluxit, restituatur. *l. un. §. 11. & 13. ne quid in flum. publ. fiat.*

CII.

Interdicto de vi & vi armata tenetur, qui vi dejecit, qui ve postea dolo malo desit possidere; *l. 1. §. 36. de vi & vi arm.* Quod probat lectio Haloandrina: aut si religioni ducimus & nefas esse existimamus *cum G. edd. ad rubr. t. de V. S. n. 26.* à Pandectarum Florentinarum lectione in dubio recedere, poteri nihilominus idem inferri *arg. l. 68. in f. pro soc.* Facit eò, quod per dolosam possessionis alienationem delictum delicto videatur cumulatum, adeoque interdium multò magis debeat dari. In heredem verò & bonorum possessorem coeterosque successores ex causa hujus Interdicti in factum actio competit in id, quod ad eos pervenit, dolo malo eorum factum est, quod minus perveniret. *l. 1. §. fin. l. 2. de vi & vi arm.*

CIII.

Est & interdium quod vi aut clam, ad hoc, ut quod factum



Etum est, restitatur, i. e. in statum, quo ante fuit, res reparatur. *l. ii. §. 4. l. 15. §. 7. Quod vi aut clam.* Is autem qui dolo malo fecit, quò minus possit restituere, perinde habendus, ac si posset *d. l. 15. §. 10.*

CIV.

Tandem eum quoque Precario teneri voluit Prætor, qui dolo fecit, ut habere desineret *l. 8. §. 3. de Prec.* Tenetur etiam heres ejus, qui precario rogavit, quemadmod. ipse, ut si ve habeat, si ve dolo fecit, quò minus haberet, vel ad se perveniret, teneatur, ex dolo autem defuncti, quatenus ad eum pervenit, *d. l. 8. §. fin.* Ignorantem verò heredem precarium non tenet, nec interdicto rectè convenitur, *l. ii. de divers. & temp. prescript.*

CV.

Dicta de Interdictis hætenus patiuntur distinctionem, cum enim ea & pro his competentes actiones non omnes sint ejusdem generis, sed quædam in rem, quædam in personam, *Ludov. Exerc. 17. th. 5 lit. D. & ad pr. J. de interd. n. 5.* id eò illæ, quæ ex jure quodam saltem quasi Domini oriuntur, & contra quemcunq; qui rem tenet, diriguntur adeoq; in rem sunt, contra possessorem directò, contra eum, qui dolo desit ante L. C. possidere, utiliter dabuntur; quæ verò ex contumacia & delicto aut conventionione descendunt, ut, de precario unde vi & quod vi aut clam, cum sint personalia, indistinctè directæ erunt, si ve quis possideat, si ve dolo desierit ante & post L. C. per ea quæ superius monuimus.

CVI.

Usque huc de singulis contra eum, qui dolo ante L. C. possidere desit, dari solitis actionibus: nunc videamus ea, quæ istis generaliter inesse videntur: ubi quo ad heredes sciendum, eos aliàs in realibus actionibus non teneri, nisi ipsi possideant, ideoq; si unus heres possideat, in solidum conveniri potest. *Perez. ad t. C. de hered. act. n. 3.* hinc verò eatenus conveniri possunt, quatenus ad eos pervenit, & quidem pro

portionibus hereditariis l. 52. de R. V. l. 12. §. 6. ad exhib. si illo dolo hereditas aucta, ipsique locupletiores facti. l. 14. de cond. ind. tenentur autem proprie non iisdem, quibus defunctus, actionibus, sed in factum, cum ipsi dolo possidere haud desierint d. l. 52. Egreg. Struv. Ex. 46. th. 78. iisdem verò subjacebunt etiam actionibus, ubi eorum dolo factum est, ne ad se perveniret, v. gr. si pretium noluerint accipere l. 27. de dolo. aut si lis cum defuncto fuerit contestata §. 1. de perp. & temp. act. l. 87. l. 139. pr. l. 164. de R. J. l. 26. de O. & A. l. un. C. ex del. def. in quant. her. cum per L. C. inducatur quaedam novatio, l. 3. §. 11. de pecul. & singularis contrahatur mora ac perpetuetur obligatio d. l. 139. Perez. ad d. t. n. 3.

CVII.

II. Utilem ex SCto inventam actionem dari tum demum, si lis nondum fuerit contestata, post coeptum enim Judicium directa semper competit, licet dolosa supervenerit alienatio, videatur Th. 66.

CVIII.

III. Si dolosè faciens litis aestimationem solverit, verum Possessorem rei non liberari per tradita supra in Th. 28. Sed hoc universaliter verum non est, cum non semper termini habiles dari queant, nam sapiculè unica tantum intervenire persona solet, ut certis casibus videre est, in utili ad exhib. actione contra specificantem, adjungentem, ædificantem, pingentem & scribentem: Quandoque, licet duæ adsint personæ, affectioni usque quaque locus non est, si res non sit nostra, sed tantum propter creditum jus in eâ habeamus, quod Jus semel consequendo creditum extinguitur, ut in Pauliana & hypothecaria l. si fundus §. 6. de pign.

CIX.

Ut autem IV. actor obtinere possit, opus est, ut dolum committum probet: factum enim asseverans onus subit probationis l. 21. de probat. l. 10. C. de non num. pec. & semper necessitas

sitas



sitas probandi incumbit illi, qui agit §. 4. *J. de leg. latiss. Carpz.*
in Proc. tit. 13. art. 1. n. 3. & seqq. aliàs auctore non probante, qui
 convenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit *l. 4. C. de edend.*
l. fin. eod.

CX.

Idem asserendum, si reus de dolo excipiat, eo casu, quo
 actor, cum vellet petere, alium substituit adversarium, acto-
 remque molestiorem: cum generaliter verum sit, eum de-
 bere probare, qui dolum arguit, sive agat sive excipiat. *l. 79.*
de judic. l. quoties. 18. §. 1. ff. de probat. l. 6. C. de dol. l. 17. de except.
rei jud. & probandi onus semper ei incumbit, qui dicit, non
ei, qui negat. l. 2. de probat. l. 23. C. eod. unde qui dolo factum
 dicit, dolum probet *d. l. quoties. §. 1. latè Pac. Cent. 5. Quæst. 17.*
 Quid, quod reus, quoad probationem in exceptione actor.
 sit, partibus actoris fungatur, ipsamque exceptionem velut
 intentionem implere debeat. *l. 19. pr. de probat. l. 1. de except.*
l. 15. de O. N. nunc. B. Ludov. Disp. Justin. 17. th. 1. lit. a.

CXI.

Probatur autem quem dolo defuisse possidere, si actor reo
 denunciavit, se velle illam rem vindicare, & reus postea ali-
 enat, vel etiam post oblatum libellum: *ita Schn. ad d. §. omnium*
de act. n. 88. aut si quis non denunciaverit & reus fortasse rem
 petutum iri, suspicatus fuerit, id aliunde probandum est, reo
 constitisse.

CXII.

Cum verò dolus alienantis aut corrumpentis in animo
 consistat, ideò directè probari non poterit, sed indirectè per
 exteriora, conjecturas scil. & indicia. *l. dolum. 6. C. de dol. mal.*
 Quarum circumstantiarum sive præsumtionum duæ vel
 plures si concurrant, facient plenam probationem & pro le-
 gitimis habebuntur, tanquam in casu, ubi difficilis est pro-
 batio veritatis. *Moll. ad Const. El. 5. P. 3. n. 7. Carp. P. 3. Const. 5.*
Def. II. n. 6. 7. Nicol. in Proc. P. I. c. 47. n. 15. Simile quid, do-
 lum directò non posse probari, habet *R. 1. de A. 1594. §. Ebes*



nermassen. 68. m. p. 905. *ibi*, es sey gnugsam / & rursus, daß es doch 2c. *add. Blum. Concept. Cameral. P. 2. tit. 10. §. 6.*

CXIII.

Absolvitur reus, si dolus non fuerit sufficienter probatus, adeò ut reum à dolo excuset quælibet causa. *Wes. in n. de his qui not. inf. n. 4. Gail. 1. de PP. c. 10. n. 14. 15.* etiamsi sit injusta, levis, irrationalis, fatua, temeraria *per autores alleg. ab Hipp. de Rat. Stat. P. 1. c. 11. S. 1. p. 223.* etiamsi sit bestialis, quæ feris immanibus sit consentanea magis quàm homini *Carpz. P. 3. C. 72. def. 9. n. 6. & P. 4. C. 3. Def. 18. n. 7.* quemadmodum aliquibus bestialiter loqui placuit, *Censore Blum. in Proc. Cam. tit. 29. n. 50. jung. Roding. in Jur. Cam. lib. 1. tit. 16. n. 4.*

CXIV.

Ucut sit, ea tamen à reo prolata causa est etiam probanda, licet enim dolus regulariter non præsumatur *d. l. quoties. 18. §. qui dolo. de probat. Gail. 2. O. 110. n. 4.* hoc tamen fallit, si quis rei illicitæ operam det, quo ipso censetur esse in dolo. *Gail. ibid. n. 7. latè Wes. ad §. 2. J. de vi bon. rapt. n. 1.* quæ præsumtio est Juris ac pro legitima habetur, eiq; statur, donec probetur contrarium. *Umm. Diss. 15. n. 63.* Quod & nostro casu procedit, tùm enim reus alienans, si mox Dominus aut iste, cujus interest, rem non alienari vel perdi, superveniat, dolo fecisse censetur, cùm aut sciverit, aut scire debuerit, se rem possidere non alienabilem.

CXV.

Sed quid dicemus de dubitante, seu eo, qui secum ambigit, an ipsi liceat rem, quam alter vindicare satagit, alienare? Atqui, *Stagyrita teste*, dubitatio venit ex æqualitate contrariarum rationum. *1. & 6. Topic. ut animus vario labefactus vulnere, nutet, huc levis atq; illuc, momenta q; sumat utroq; Ovid. lib. 10. Met. ut, stante hac maxima, dubitans prius debeat inquirere, antequàm alienet, & nodis, quibus illigatus se liberare. Barbos. axiom. Jur. us. freq. 78. verb. dubium,*

cus



cus faciens, dolosæ mentis notas effugere non videatur. Contrarium tamen magis placet, cum quævis causa fatua excuset, eiq; condonandum sit, qui quovis modo liti futuræ sese voluit eximere, sibiq; potius quam alii favere, porrò amor incipiat à se ipso. *arg. l. 6. C. de serv. can. si non licet. 8. c. 23. q. 5. sæpè etiam dubitans & errans in Jure æquiparentur l. 1. in pr. de leg. 3. l. 15. qui test. fac. poss. [à dolo igitur erit immunis, sed ita, ut, quod ex alienatione lucri consecutus, supervenienti Domino restituat, ne cum ejus damno locupletur.]*

CXVI.

Porrò si præsumtionibus contra non amplius possidentem ad dolum probandum fuerit usus actor, reo erit integrum, contra præsumtum dolum contrarias probationes præsumptivas proferre, quæ etiam recipiuntur. *Jas. in l. ut vim. 3. de J. & J. n. 7. Bald. in l. un. C. de Confess. n. 21.*

CXVII.

Quandoq; potest contingere, ut Actori deficienti in probatione doli, nihilominus alia supersit actio, utputa, legatario pro legato tres actiones competunt, qui si rei vindicatione egerit & probare nequiverit heredem possidere, vel dolo desisse possidere *l. 9. l. 36. de R. V. l. 16. §. 3. de pign. adeoq; succubuerit, non tamen prohibebitur contra eundem heredem actionem ex testamento instituere ad hoc, ut vel legatum præstet vel æstimationem, cum ibi ex causa actioni propria reus fuerit absolutus, secus est si ex causa omnibus istis tribus actionibus communi absolutio fuerit secuta, ut si in probatione legati, hoc revera esse relictum, defecerit, tunc una agenti ad alterum recurrere non licebit. l. 76. §. pen. de leg. 2. Scot. Disp. 23. th. 16.*

CXVIII.

Dolo autem probato juratur contra dolosè non amplius possidentem in litem per juramentum affectionis propter dolum adversarii, qui fecit, quo minus rem restituere vel exhibere possit. *l. 1. l. 2. & 8. de in lit. jur. Defertur autem Acto-*

ri,

ri, qui Dominus litis est factus, ac litem suo nomine est contestatus *l. 2. §. 1. l. 7. ff. eod.* Si vero actor in litem jurare non vult, sed quanti res sit adversarium condemnari satius ducit, ut juret compellendus non est. *l. 71. de R. V. l. 2. C. de in lit. jur.*

CXIX.

Procurator non admittitur *per l. 7. d. t.* licet enim Dominus litis sit, non tamen simul est Dominus negotii, ut suo nomine agat, quæ duo simul adesse debent. Tutores & curatores autem si velint, ad hoc juramentum admittuntur, tunc enim non ad suam utilitatem jurisjurandi referenda æstimatio est, sed ad Domini, cujus nomine tutelæ ratio postulatur *l. 4. pr. d. t.* scil. tutores & curatores non tantum Domini litis sunt, sed & quasi Domini negotiorum pupillarium. *Gotofr. ad d. l. 7. lit. K.* & sunt Domini loco. *l. 56. §. 4. de furt. l. 7. §. 3. pro empt. l. 27. de adm. tut. & vice. Dominorum l. 11. §. 7. quod vi aut clam.* Possunt etiam heredes in litem jurare, qui tamen non de defuncti, sed sua jurant affectione & sufficit eos ab aliis ejus rei habere noticiam & de credulitate jurare. *Dn. Hahn. ad Wes. de in lit. jur. n. 4.*

CXX.

Ut autem locus sit huic juramento, necesse est, nos aliquam habere in rem, quam petimus restitui, affectionem, tunc enim maximè iniquum est, ut rem suam invitus vendere cogatur. Egregio rem illustrat exemplo *Schneid. ad §. præterea quasdam. n. 24. de action.* si quis habeat Codicem Doctori restituendum, qui aliàs valet Ducatum, quem verò Doctor, qui diu in eo studuit & multas bonas apostillas ad eum scripsit, juramento affectionis æstimat, quod maluerit 20. Ducatos, quàm istum Codicem amittere.

CXXI.

Cessabit igitur hoc juramentum ob pecunias, in quas talis affectio cadere nequit *l. 3. de in lit. jur.* Quod limitatur 1. in casu *supra th. 64. proposito. 2. nisi improba in usu sit moneta, & nummi malâ fide consumti fuerint aurei, argentei, ut Franz. notavit ad h. l. n. 17.* Contra heredes in litem

non



non juratur, nisi lite cum defuncto contestata. *l. 4. C. eod. l. 58. de O. & A.* tum enim defunctus per litis contestationem quasi contraxit, quod etiam heredes in locum ejus succedentes ligat.

CXXII.

Necesse autem est, adversarium dolo fecisse, quò minus haberet *l. 68. §. si verò de R. V. l. 16. §. 3. de pignor. l. 25. §. 20. de petit. hered. l. 5. §. 2. ad exhib.* Oblatam culpam enim isti juramento locus non est *per l. 41. §. 1. de re jud. l. 2. §. 1. l. 4. §. fin. l. 5. §. 3. de in lit. jur.* ubi addita particula solus, quæ dictio taxativa vim excludendi, adstringendi & limitandi habet *l. ult. C. de LL. Boc. de Jurisdic. c. 8. n. 37.* & nunquam legitur hicce dolo æquiparata culpa, igitur nec nos id faciamus, versantes in re odiosa, odia autem non sunt extendenda *l. pen. de pœn. c. odia de R. J. in 6.* etiam si adsit paritas rationis *dd. ll. add. Carpz. in Proc. tit. 12. art. 4. n. 1. usq. 6. Pac. Cent. 3. Q. 90.*

CXXIII.

Immunes etiam sunt ex personæ, in quas dolus cadere non potest, ut sunt furiosus & mente captus *§. 1. quibus non est permiff. fac. test. l. 40. de R. J. l. 2. C. de fals. mon. l. 10. de Jur. & fact. ignor. l. 109. de R. J. d. §. 1. nisi pubertati sint proximi doliq; capaces §. 18. J. de oblig. quæ ex del. nasc. l. 23. de furt. l. III. de R. J.* Et si verò communiter impubes masculus pubertati proximus dicatur, qui attingit annum decimum cum dimidio, fœmina quæ nonum cum dimidio. *Gl. in §. pupillus Inst. de stipul.* id tamen rectius Judicis arbitrio relinquatur, cum contingat, alios alius maturius judicio pollere, *ut rectè Zœs. ad t. de del. impub. in Decret. al. n. 4. Harpr. ad d. §. 18. n. 7. 8.* De his igitur in genere tradit *l. 60. de R. V.* quod infans scil. vel furiosus possessor si perdiderint vel corruperint, hoc illis sit impunitum, ad eoque nec actiones ullæ, nec Juramentum contra eos intentari queant.

CXXIV.

Locus autem est Juramento in omnibus causis & judiciis, quibus de nostra re restituenda vel exhibenda agitur. *l. 2. pr. eod. ut minus dubium sit, quoad actiones à nobis superius relatas. add. Hahn. in observ. de in lit. jur. n. 6.*

CXXV.

Æstimatio fit rei in judicium deductæ, in infinitum, & ultra verum & definitum rei pretium *l. 4. §. 3. l. 1. l. 8. d. t. l. 63. de R. V. Ant. Faber. lib. 6. Conjectur. 1. & decad. 17. error. 8.* tum quia & indulgendum est aliquid affectioni actoris, qui invitus re sua cogitur carere contra Juris comm. regulas, quibus nemo facto suo debet alteri præjudicare. *l. 11. de R. J. Harpr. ad §. 4. de J. P. n. 11.* tum ut aliquo modo dolosus non re-

F

stituentis,



stituentis, vel exhibentis puniatur animus *l. 8. de in lit. jur.* Nec alter ha-
ber, cur se gravatum dicat, cum sibi imputare possit, quod dolo aliena-
verit, vel perdidit, atq; ita damnum, si quod sentit, sentiat ex sua cul-
pa, quod nemo sentire videtur. *l. 203. de R. J. c. damnum. 88. de R. J. in 6.*

CXXVI.

Quod tamen civiliter intelligendum, ut actor litem primò aestimet,
deinde subsequatur Judicis moderatio, & tandem, quanti moderatus
fuerit, actor juret. *l. 4. § 3. l. 5. § 1. de in lit. jur. l. 3. § 2. ad Exhib. l. 9. C. unde
vi. l. 1 §. pr. inf. de dol. ne juraturus sui lucri nimium cupidus affectioni in-
dulgeat in infinitum atque sic anfa detur peierandi & delinquendi.
Carpz. d. l. n. 16. & seqq. Pac. cent. 3. Q. 88. Infinitas enim istiusmodi in jure
exosa est. l. 13. §. ult. ibi: neq; enim de dam. inf. l. si quis. 4 §. ult. ibi: ne in-
finitam de per. & Com. l. 1. C. de sent. qua pro eo quod interest. cap. cum in
multis. 2. ibi. infinitas de rescr. in 6. & infinitum accipiend. non de multi-
tudine vaga & planè incerta, sed de numero incerto, qui legibus defini-
tus non est, sed arbitrio Judicis definiendus relictus, uti loquitur quan-
quam alia in re B. Ludw. Disp. 8. thes. 1. lit. e. p. 147. add. Harpr. ad §. 21. de act.
n. 7. Ungep. Exerc. Justin. 9. Q. 8. in verbo: Ajo, in pr.*

CXXVII.

Sed quid sit taxatione Judicis omitta, tamen fuerit juratum? Et si ju-
sta causa subfit, Judex nihilominus poterit deminuere aliquid in conde-
mnando *l. 4. §. 3. l. 5. §. 2. d. t. quin imò postea repertis probationibus reum
absolvere l. fin. eod.* Nec hinc solet de perjurio queri, cum jurans non de
ipsa causa, sed affectione in eam juraverit, quam potuit habere immodi-
cam: licet alias pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum
sed communiter fungantur. *l. 33. in pr. ad pr. ad L. Aquil. Pac. eod. Q. 39.*

CXXIX.

An hæc aestimatio possit duplum excedere non est supervacue quaes-
tionis? Nos asserimus tum per *l. 68. de R. V. l. 4. §. 4. de in lit. jur.* tum, quia
si ob dolum damnum contigit, etiam ultra duplum id præstatur *l. 13. pr.
§. 4. de act. emt.* iniquum enim foret, dolum non pluris condemnari. Perez.
ad tit. C. de sent. qua pro eo, quod int. n. 11.

CXXIX.

Juramento veritatis ob dolum commissum non utimur de Jure Civ.
sed tantum casibus, ubi culpa aut mora subest. *d. l. 68.* Quanquam in pra-
xi non multum hæc differentia attendatur, & relictum videatur arbitrio
Judicis, quodcumq; affectionis, an veritatis existimet deferendum, refe-
rente Carpz. in Proc. d. loc. n. 7.

CXXX.

Observatur autem tempus rei judicatae, si contra eum, qui dolo desit
habere



habere, agatur l. 3. §. 3. *commod.* quia ex eo demum tempore, quo per sententiam condemnatio facta, ob non securam ex dolosa alienatione restitutionem incipit deberi aestimatio, in locum rei alàs eodem tempore restituendae succedens l. 22. *de petit. her. l. 14. de V. S.*

CXXXI.

Posset, nī fallor, intra terminos tamen habiles, superioribus accommodari juramentum Minorationis *der Minderungs Eydt*/quo per Jus Sax. introductum, si alicui damnum illatum per vim ablativam, aut expulsivam, ut aestimatio ejus ab adversa parte praestetur, vel eandem reus juramento proprio deminuere teneatur. *Landr. lib. 3. art. 47. & § 2. Matr. Coler. de Proc. execut. in Praefat. n. 15. Schneid. ad §. ex maleficiis. de action. vers. vi bonorum rapt. n. 19. Wesenb. ad t. de in lit. Jur. in f. Carpz. P. I. Const. 13. def. 15. & seqq. ex. gr.* Cum contra Raptorem detur rei vindicatio, si Dominus voluerit rem ablatam vindicare à raptore & hic suspicans litem sibi motum iri, eam dolosè alienet, puto auctori licere, vel in litem jurare, vel damnum aestimare, ac petere, ut reus illam summam solvat, aut Juramento deminuat, ubi reus, utrum velit, eligere potest, si juraverit, in id solum condemnatur, quod Juramento suo firmavit. *Landr. d. l. Churf. S. Proceß Dr. tit. 31. §. Diweil aber. Carpz. in Proc. tit. 12. art. 4. n. 11. & seqq. P. I. C. 23. de f. 15. & seqq.* qui in quibus jusjurandum in litem & minorationis differant, latè exponit, ut ut etiam *ix. articuli 47. & 51.* tantum in aestimatione rei ablatæ non v. damni dati videantur obtinere, eo quod de damno extrinsecus accedente damnum inferens notitiam vix habere, adeoque illud juramento minuere nequeat, vulgò tamen receptum est, ut non solum res ablatæ, sed & damna ab auctore aestimari possint, eamque aestimationem reus praestare aut juratò deminuere cogatur, *Carpz. d. def. 15. Quam observantiam secutus Elector Sereniss. Ord. Proc. Jud. tit. 31. vers. Drum soll auch nochmals.*

CXXXII.

Nota, si reus velit probationibus ostendere, tantum non esse damnum admittitur, & si in iis succumbat, adhuc poterit ad hoc juramentum confugere; quod si intra legitimum terminum non praestet, aut planè recuset, debet solvere summam & aestimationem ab auctore petitam, uti decrevisse Curiam Provincial. Jen. testis est locupletissimus, *Dn. Bechman. in d. Comm. P. 2. Ex. 1. ad t. de in lit. Jur. n. 68 Egr. Carpz. in Proc. d. l. n. 29. 30. Const. Elect. 14. & d. ord. Proc. tit. 19. §. Wann nun einer. W. Wer es aber.*

CXXXIII.

Si in litem juratum, & à Reo soluta aestimatio, nihilominus ab auctore posse tertium Possessorem conveniri supra demonstravimus, ex quo est, quod



quod actor non possit cogi, ut reo suas actiones cedat, si dolo fecerit, quominus ipsa res restituatur, secus, si culpa *l. 63. l. is qui. 69. de R. V. ut ut ita æstimationem consequens videatur vendere l. 46. de R. V. l. 8. de in lit. jur. l. 7. §. 1. de pub. in rem act. l. 12. de re jud. ibiq; Gotof. Conf. Pac. Cent. 3. Q. 48. Lenz. tract. de act. cess. c. 9. membr. 4.*

CXXXIV.

Hoc amplius etiam reus punitur, quod actor non cogatur ei de evictione cavere, quamvis æstimationem solverit. *l. 63. de R. V. nec quasi publicianam s. utilem actionem ei dandam placuit. l. 70. d. t. ubi elegantissima horum reddita ratio, ne in potestate cuiusq; sit, per rapinam ab invito Domino rem justo pretio comparare: quæ in eo, qui culpa desit habere, contrariè se habent. l. 63. de R. V.*

CXXXV.

Hæc de eo, qui dolo possidere desit, cui non absimilis videtur ille, qui se liti obrulit, nimirum etiam hic pro possidente juris interpretatione habetur. *l. 13. §. 13. l. 45. de pet. her. l. 145. de R. J. l. 25. 26. 27. pr. de R. V. sed tum demum, si ante L. C. actor nesciat, eum non possidere, dd. xxx. cum scienti non fiat injuria, & iudicium acceperit, aliàs n. si falsò dixerit, se possidere, asseveratio revocari potest, dum adversarius adhuc nihil in litem impendit, nec ullam fraudem fuit passus d. l. 25. si v. post L. C. demum resciscat, iudicium semel cœptum tamen est peragendum, Auth. Qui semel C. quom. & qn. Jud. sent. prof. deb. & condemnatur quanti actoris inter sit, eum non decipi d. l. 45. Conf. Zæf. ad t. de her. pet. n. 30. Schn. ad §. omnium. de act. n. 94. 95. Dn. Struv. Ex. 10. th. 48. Ex. 11. th. 12. Frantz. ad v. de R. V. n. 30.*

CXXXVI.


Porrò sicut is, qui dolo desit possidere, ita liti se offerens præstando dolum suum, verum possessorem non liberat *l. 7. de R. V. licet alter solverit litis æstimationem pœnæ nomine. Zæf. ad d. t. de R. V. n. 40. Perez. ibid. C. n. 16. Datur etiã contra eum Publiciana arg. l. 7. §. 8. de Pub. in rem act. Struv. Ex. 11. th. 48. Quin imò generaliter dixerò, ut est in l. 13. §. 13. de pet. her. omnem qui se offert petitioni, quasi possidentem teneri, h. e. contra se offerentem liti actiones reales indifferenter cõpetere, ut teneatur quanti actoris inter est non decipi *l. 39. de dol.* Plura persequi excedit instituti nostri orbitam, relinquenda sunt istæc aliis discutienda. Nos jam subsistimus & si fortè alicubi erratum esse apparuerit, non videbor extrajustam apologiam humanæ naturæ imbecillitatem considerantibus: in nullo enim aberrare, sive in omnibus irreprehensibilem seu inemendabilem esse divinæ utique solius, non autem mortalis est Constantiæ: quemadmodum à Gloriosissimo Imp. D. Iustiano dictum est, in Constit. Deus dedit, §. si quid autem. 13. Communi autem, dicimus Cœlestem, Domino (N. s. c. 2. §. 1.) cui quicquid præclare aut benè gestum, acceptum referri debet, quod vires in rem benignè fuerit largitus, grande linguis, animisque solvimus tributum, insuper ingemiantes*

GLORIA.



in it: perlect: fact: d. 2 Junij 1675.







AHdorf, Diss., 1670-71

X 242 1345

V317







5752

TRINUNO DEO ANNUENTE,
NEC NON

34
18

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET
AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS
IN INCLITA UNIVERSITATE, QUÆ EST
ALTDORFFII,
DECRETO, AC AUTORITATE
ACCEDENTE,

1671
4
(6)

THESES HASCE,


De

EO, QUIDO-
LO DESIIT POS-
SIDERE,
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES,
ET PRIVILEGIA IMPETRANDI,

PUBLICO, SOLENNIQUE EXAMINI SISTIT

JOHANN-HENRICUS Heldt/
GORLIC. LUS.

Ad diem 27. Jun. Ao. clō lōc LXXI.



ALTDORPHI

Literis Johannis Henrici Schönnerstedt.

